

Chymia jam variis experimentis aucta / [John Francis Vigani].

Contributors

Vigani, John Francis, 1650?-1712.

Publication/Creation

London : H. Faithorne & J. Kersey, 1688.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/jsgc5jvp>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



Philosophia
I. J. Medullina
L. H. S. P. Chytra
in hoc libro Epistola
De Aciditate et
sufficiencia
T. T. de la
De Cuiuslibet
GOTT OFR. A. A. A. C. S.
De Panacea.









12290/A *Bacon*
Peyson's Ind. p. 4.

Vigilant of. May.

N VII 1510

17/b





Jo. FRANCISCI
VIGANI
CHYMIA

Jam
Varii Experimentis aucta
multissq; figuris illustrata

DE ETATIS
ARCANI

CHYMIA

et
alii
arcani
arcani
arcani



DHANN. FRAN-
CISCI VIGANI,
CHYMIA

Jam
*Variis Experimentis aucta,
multisque Figuris illustrata.*

imque eadem cœlum mare, terras, flumine, solem
constituant; eadem fruges, arbusta, animantes;
erùm aliis, alioque modo commissa moventur.

Lucret. lib. I.

*um Indice rerum & verbo-
rum locupletissimo.*



LONDINI.

Impensis Henrici Faithorne, & Joannis Kersey
ad insigne Rose in Cæmeterio D. Pauli,

M DC LXXXVIII.

МАИАНС
СІСЕ ВІГАМУ
АІМУН

॥ एवं विनाशक एवं विनाशक ॥

18103

Digitized by Google

M DC FXXXXXAI

Excellentissimis Nobilissimisque

VIRIS,

Tam re quam nomine verè
magnis,

GUILIELMO
Comiti DEVONIÆ,

HILIPPO
Comiti CHESTERFIELD,

HOMÆ
icecomiti FAUCONBERG,

Hanc suam Medullam Chymiae gra-
titudinis ergo humillimè

D. D. D.

Johannes Franciscus Vigani

AL
LE

THELIMON

Comit DE VONIUS

HILIPPO

Comit CHASTILLARD

A. M. O. H.

SCOTT RUMORBEA

D. D.

Journal des Etats-Unis



AUTHORIS

AD

LECTOREM

PRÆFATIO.

Benevole Lector,

Medullam hanc Philo-Chymicam tibi maritare volo, illam igitur conjugali amore recipe, est enim pura, & casta, minimèq; gravida aliorum laboribus, in et tantum illa, quæ hisce oculis vidi,

A 3

bis-

Hicce manib⁹ tractavi; nulla hic figmenta
nulla somnia, aut umbras, nulli hic furti
fasciculi, aut sesquipedales compositiones
sed brevitati, & tuae voluptati studens, nu-
bil præter proprias meas observationes ac-
cumulavi, & peperi, non fama, aut luc-
gratiā, sed mente honestā, & verè Philo-
phicā, ut communī hominū utilitati (qua-
tum in me est) inservirem, hāc ratione pe-
fusus hic publicē prodeo in Theatro Ai-
glicano, (magno illo artium Elaborato-
rio) acturus partem hospitis devotissim-
os, igitur, Angli, more vestro hunc libel
accipite, h.e. candidē & amicē, vestra eni-
gens olim inclaruit, & hodiē celebratur p-
morum suavitate, profundissimā eruditio-
ne, & furtitudine invictā; quæ regio
terrī vestri non plena laboris?

De Chimiæ Antiquitate, nobilitate,
necessitate hic Rheticari nolo, licet de iu-
dicandi nemini de esse potest vel Mater,
vel Oratio, qui hæc desiderat, adeat Doct-
simum Borrichium, sed credo paucos, ut
nullos (nisi Bæotico ingenio fatuos) dig-
itatibus & summa utilitatis Chymię esse igno-
rios, ergo hic non opus est Hederā; Anat-
mia detegit partiū corporis situm, textu-
sum, morbosq; Scientia plantarum, a-
malium; mineraliū, aliarumq; rerum na-
ralium suppetitat nobis materiam mediū;

abog̃ comitantur ineffabili quādam vō-
lātate, magnog̃ emolumento; at sola Chy-
mia suā industria, & artificio utile ab in-
nati segregat, medicamenta perficit & hu-
manis functionibus adaptat, nec solum Me-
dica, sed Philosophia naturali, artibus
Mechanicis, aliisq̃ vitæ nostræ commodis
maxime inservit, adeo ut sine Chymia gens
bana aesset manca. & rudis; est scientia
naturalis, & necessaria, ut instinctu
quādam, inevitabili rerum fato ad illam
excendam ducuntur homines, in prepa-
rando cibo, potu, pane, & sale, se prodit
Chymia; ubiq̃, & semper ab ipsā creatio-
ne exercitata fuit, est ipsa Machina, qvæ
luit, & temperat orbem; nam ipsa
latura nihil aliud est qvām prudentissi-
mus, peritisimus, & dexterissimus Chymia-
tus, corruptens, generans, segregans, uni-
uersis, circulans, & digerens vastam mundi
volum, immensam illam Atomorum con-
uetorum, & variè figuratorum massam, à
corum diversis innatis qualitatibus viz.
situ, figurâ, magnitudine, situ, & texturâ
(væ omnia multiplicia & dissimilia sunt)
pendent singulæ variae rerum mixtarum
species, qualitates & phænomena, qvæ nihil
sunt præter meras distinctas ideas, or-
igines à variis impressionibus Atomicorum
principiorum, diversimodè dispositorum, cor-
scula enim illa varie modificata sunt uni-

ea Elementa, & semina rerum: Aqu.
Thalis, ignis & aqua Hippocratis, qua
tuor Elementa Aristotelis, tria Paracelsi
quinque Willisii; Acidum & Alcali Ta
chenii sunt horum creature; ad particula
igitur, seu corpuscula multifariam texta
& mota primario recurrentum est cum sa
pientissimis veteribus, Democrito, Epici
ro, Lucretio; & Sagacissimis Modernis,
leberrimo Verulamio, subtili Cartesio.
agitabundo Hobbio, praesertim verò Doctis
mo Gassendo, magnoq; Boyleo, qui ubi
rimis & perspicuis experimentis illustrav
omnia, in tenebris anteà involuta, & extr
dubitandi aleam posuit, partaque indub
tata victoria contra Elementa Peripatet
ca, & principia Chymica, triumphum splen
didissimum meruit, modò verecundia, &
humilitas Philosophi tam debitam, ji
stamque pompam pateretur; at Baylæ
suis non gloriatur Lauris, suis non superb
Spoliis, & Trophaeis, nec Capitolium a
cendere laborat, licet venit, vidi, vicit
Sib hunc meum laborem, & igneas luc
brationes, Candide Lector, in bonam acc
peris partem, tibi breviter alia opuscu
perlegenda tradam, modò Benignissim
Deus mihi vitam largiatur, nam per t
um vita stadium dilectissimam meam Ch
miam, (corculum, & anima dimidium me
per ignem, & aquam persequar.

CH



CHYMA.

 Hymia, quæ venit à Chema, *Chymia* hebraicè sidus calidum si-
gnificante, est ars contem- *Etymolo-*
plativa, & activa, rerum *gia Anti-*
cunctarum naturam ex-*quitas, Ob-*
tinans, unde terræ Metalla mutuan-*jectum.*

ir nomina sua à Stellis, quarum va-
æ influentiaæ credebantur olim tem-
perare, & determinare Sublunaria; ex-
cellentia hujus artis liquidò apparebat tam
antiquitate nominis quam veterum
testimoniis; *Tubal Cain* (homo octa-
us ab *Adamo*) erat versatissimus in o-
beribus Metallicis; *Moses* calcinavit,
in pulverem rededit aureum Idolum
raëlitarum; & vetustissimus *Ægyptio-*
um Hermes fuit expertissimus in arte
hymicâ, præsertim Metallicâ, unde
rofluxerunt immensæ *Ægyptiorum* o-
es; nec hic prætereunda sunt *sma-*
ngdina, penè divina, *tabula* & *symbo-*
m aureæ Homeri catenæ. Omnis res
creata sublunarî est objectum hujus

AS *divinæ*

CHYMIĀ

divinæ artis , quæ à suis non solum purgatur fæcibus , sed ad ulteriorem deducitur perfectionem , estque hæc Ars unicum tam Mechaniæ , quam Medicinæ principium & fundamentum .

*Examini-
natio
principio-
rum.*

Olim inter Hebræos , Græcos , Latinosque , plurimi pro Principio Catholico , & Materiâ primâ aquam viscidam venerati sunt , è quâ , parte subtili , & subtilissimâ à crassâ divisâ secundum leges Motûs , totum systema Cosmicum ædificari , & adhuc conservari perpetuâ circulatione voluerunt ; at hæc Hypothesis non solido innititur fundamento , licet sustentatur sacrâ veterum authoritate , & nuperrimè ab *Helbigii* humeris , quia necesse est hoc suum principium , (supposito quod tale datum fuit aut , datur ,) componi ex infinito numero Atomorum , seu corpusculorum variè modificatorum , à quibus viscositas , motus totaque forma hujus aquæ derivanda sunt ; ergò non meretur nomen principii primarii , sed collocetur (modò fuit , aut est in rerum naturâ) in classe secundiorum , seu compositorum Elementorum . Peripatetici Ignem , Aërem , Aquam , & Terram pro principiis , & elementis statuerunt ; Paracelsus suam Trigam

CHYMIA.

3

gam, Sal. Sulphur, & Mercurium, in sce-
nam Chymicam producit; *Willisius* quin-
que principia assignat, Spiritum, Sul-
phur, Salem, Aqvam & Terram. Exper-
tissimus, & dexterimus *Tachenius* à Ma-
gistro Hippocrate eductus, Ignem, & A-
quam, (Acidum, & Alcali,) esse princi-
pia acriter argumentatur, eademque
opinio propagatur à *Vanderbeck*. *Swal-*
vio Porzio, &c. at rejicitur ab experien-
tissimo *Boyleo*, sagacissimo hujus seculi
Philosopho; fatendum tamen est hanc
Hypothesin, de Acido, & Alcali multum
rei medicæ inservire, & non possum non
applaudere immortali *Tachenii* ingenio;
veruntamen omnia hæc vulgaria prin-
cipia sunt effectus aliorum principio-
rum, quo concessò darentur principia
in infinitum; præterea illa omnia Ele-
menta variantur, & transmutantur pro
lubitū artificis, viz. aqua in aërem, aëris in
aquam, aqua in terram, sal in sulphur,
sulphur in materiam Mercurialem, & in
ipsam terram, quæ Phænomena vix con-
gruunt, aut quadrant veræ Ideæ, & na-
turæ principii; ergò ut vera cognosca-
mus principia, non ad cummunem Chy-
micorum praxin, sed ad Atomos, seu
corpuscula variè texta, & mota recur-
ren-

47 CHY MIA.

rendum est, à quorum diversis modifi-
cationibus non solum prænominata,
sed feré innumera alia principia, malè
sic dicta, emergunt, nam ignis, & motus
vix dissociant particulas corporum sine
alterationibus, & novis compositioni-
bus; multaque Phænomena producun-
tur ab Acido, & Alcali quæ non depen-
dent ab Acidis, aut Alcalicis qualitatibus,
sed ab aliis Mechanicis affectionibus:
Qui plura de hisce rebus desiderat, ade-
at præfacionem hujus libri, & revolvat
Boylæi scripta: ut, Sceptic. Chymic. cum
appendice novâ. Animadversion in
Hypothesin Alcali & Acidi, Chymic. Pa-
radox. de transmutatione principiorum
Chymicorum; item Origin. Formar. &
Qualitat. omnia sanè cedro dignissima.

Relictis, & prætermisis plurimis præ-
ludiis, & operationibus ab aliis Chymi-
cis toties repetitis usque ad cramben,
referam tantum illa, quæ aut ipse inve-
ni, aut illustravi, aut methodo faciliore
peregi, omniaque brevissimè.

De vitri. Ad Oleum, & Spiritum vitrioli con-
ficiendum, Vitriolum calcinatur ad fla-
vedinem, ut accidentalis advolet hu-
miditas, & deinde in retortâ vitreâ
summo ignis gradu expositâ per saxa-
ginta

CHYMIA,

§

ginda horas destillatur, prodit spiritus,
(qui in alio vitro rectificari potest: &
in fundo remanet spiritus acidus admo-
dum corrosivus, à nonnullis falso oleum
vocatus. Breviori temporis spacio per-
ficitur, & majori lucro, per amplissimum *Viae Fig.*
recipiens cum magno orificio, ut spiri-
tus exitum habeant liberorum, D. *Boy-*
En's q' Boylei
lius è Colcothar vitrioli prius edulcora-
to aquâ pluviali, sublimando cum du-
plici quantitate Salis ammoniaci, confi-
cit suum ens Veneris, quod est satis no-
bile medicamentum; item Colcothar
edulcoratum, & cum aq. albuminis ovi
in cataplasma redactum, cancrum mam-
marum non ulceratum sàpè profligat;
infunde guttatim spiritum corrosivum
in aquam pluvialem supradictam vi-
triolo imprægnatam, & ad dimidium
evaporatam, & videbis strias instar ca-
pillorum; infunde balsamum sulphuris
anisatum, in supradictam aquam, & in-
veniens massam rubram instar saponis;
si accipias vitriolum Martis sic dictum.
cum duplice quantitate salis ammonia-
ci & eâdem methodo procedas, habebis
sublimatum ejusdem odoris, & saporis,
cum ente Veneris supradicto. *Accipe*
limaturam Martis, & spiritum Vitrioli
aci-

acidum, fermenta, digere & filtrà additò quodam sale, prodit liquor stypticus, qui sistit sanguinem arteriæ incisæ sine excoriatione; sunt qui accipiunt Vitriolum Martis, & destillant pro spiritu, quem pro magno secreto vendunt, sed nihil aliud est quam spiritus Vitrioli regeneratus. Tartarum vitriolatum vulgo conficitur guttatum instillando spiritum Vitrioli in ol. Tartari per deliquium ad perfectam saturationem exsiccando, postea in aqua pluviali dissolvendo, filtrando, evaporando, & iterum lentè exiccando pro usu; sed mihi est alia quædam methodus particularis, viz. sumo vitriolum viride, in aq. pluviali dissolvo, digero, & filtro, postea medante calefactâ laminâ ferreâ illud totaliter privo suis particulis cupreis quibus videntur spoliari cum ferrum non amplius ad se attrahit corpuscula cuprea, tum iterum filtro & guttatum superaffundo alcali volatile, ut sal armoniac. aut G. C. q. s. digero, filtro, iterumque cum iudicio infundo spiritum volatilem opus repetendo donec in digerendo nil impuri infundo appareat, tum ultimò evaporatione exicco, & servo ad usum; dos. dñi. in morbis chronicis, cum fructu usi-
petur,

Flatus

CHYMICA,

7

etur, longè enim antecellit vulgare
artarum vitriolatum. Cum vitriolo
angarico pulvis sympatheticus confi-
tur, cuius virtutes in dubio sunt, sed
. *Boylus* fecit seqvens experimentum,
no collegi potest ejus virtutem esse
vam maximam & nudis tantum verbis
on refragandam: Habebat generosa-
nædam mulier hæmorrhagiam uteri
m quatuor mensibus, & tam potenter
pulvere sympathetico constipata est,
valdè ægrotaret propter inhibitum
axum, quem iterum provocavit per
ncturam Succini: confiteor plurima
ulnera posse curari sine applicatione
nplastrorum dummodo ab aëre exter-
o defendantur, ista tamen assertio, non
alveris symp. virtutis contradicit.

E vitriol. Roman. sal nitro ana lib. i. *De Nitro.*

l. commun. lib. ij. Calc. viv. lib. ss. cal-
nato vitriol. lege artis ; destilletur
i. fort. à plurimis laudata. E Colcho-
r vitrioli, & nitro, aqua fortis destilla-
i communis methodo, puto tamen esse
irritum nitri; sumatur ergo vitriolum
ulcinatum usq; ad flavedinem, nitri, ana;
retortâ vitreas ambo imponantur, &
cipienti bene lutato, ignis fortis adhi-
catur, donec vapores in recipiente am-

B

plius

CHYMIA.

8

R.

Noctiluca.

plius non appareant, sale ammoniacum
addito, aqua fortis evadet regia in r.
metallica maximè necessaria; sume ca-
put mortuum aquæ fortis supradictæ,
aqua pulviali sal extrahe, filtra, & cry-
stalliza & supra marmor tere, tunc im-
ponas sal in retortâ, & infundas in ear-
dictam aquam fortem, destilla, & coh-
ba, donec totum in recipiens ascende-
rit, habebis noctilucam instar ignis
eodem modo conficitur sal luminosum
quo barba madefacta in tenebris, tan-
quam ignis lucet per additionem cuju-
dam spiritus subtilissimi, à paucis not-
ex una parte nitri, & à tribus boli A-
glicani destillatis spiritus prodit, q-
rectificatus ad usum servetur; sal e-
tractum per aquam pluvialem à capi-
mortuo, nihil est præternitrum, nos
Alcali, ut quidam putant, inter quæ
annumeretur Dr. Mayovv, qui in ti-
etatu denitro affirmat caput mortui
nitri destillati esse simillimum sali Alca-
li, qvod sal fixum nitri à terrâ provenire
putat, sed quandoque bonus dormit
Homerus; idem fit cum sale commu-
si accipias sal à supradicto capite mo-
tuo, & denuo cum bolo commisces,
totum nitrum transit in acidum ipsi-

apic

tu,

CHYMIA.

9

in quæ aciditas è particulis constat
in eis, quas doctissimus *Rudolphus Bal-*
linus tollit, dictum spiritum dulcifi-
cando, non per spiritum vini, sed ad-
modum philosophicè per saturationem
silex; ex eo oritur magnes, cuius be-
ficio Aurum Auræ, & spiritus mundi
etrahuntur. *Phosphorus* item conficitur,
nulla alia reperitur vera methodus
alcalificandi istos spiritus, quam hæc;
namvis indocti mysteria hæc non faci-
concipliant. Nitrum s. a. purificatum
æstantius est sale prunell. Pro secre-
maximo fuit *Helmontio* modus satu-
ndi spiritum nitri, cum quo conficie-
at menstruum admirabile; vertunt
nitrum hunc in nitrum per Alcalia fixa,
d nitrum hoc non videtur idem esse,
vad antea fuit, quia si ingrediatur pul-
erem detonantem, hic nullum strepi-
um edet. Spiritus rubicundissimus
istar sangvinis à nitro obtinetur, si cal-
inati silicis p. iij nitri p. j. in retortâ
estillentur, cavendum tamen est ne flu-
um concipient à nimio igne; & est spi-
ritus nemini inferior. Idem facilius ob-
netur, si nitrum commisceatur cum
alcis viv. p. iij. & per retortam violen-
tissimo igne destilletur.

L. C. rubicundissimo.

Bz Inter

De Sale Inter omnia salia meo judicio , sa
communi commune est præstantissimum, hoc pe
culiare habens , qvòd strepitum , ce
crepitum edat, qvando illud privare vo
lumus sua accidental humitate ,
qvā, decrepitatio provenit; ex oleo com
muni, & sale marino decrepitato per re
tortam destillatis , potentius oleum Pe
trolei prodit, qvod səpiù destillando c
leum limpidum evadit, & posteā səpiù
destillatum à sale tartari, in aquam ai
dentem commudatur. Lateres rubescen
tes in oleo 100. annorum immersi, poste
triti , & destillati præbent oleum vulg
dictum Philosophorum , in ulceribus
sordidis proficuum ; oleum commun
per se destillatum easdem habet quali
tates, & effectus. Sal destillatur eoder
modo ut nitrum. In fine destillationi
flores albi sublimantur in collo retori
tæ, nec sunt rejiciendi : *Et* Sp. salis recti
ficatissimi, q.v. mediante calce vivā pe
fectè saturetur, in pulverem exicetur, &
in crucibulo fundatur; fusum & refrige
ratum tere, & eum quartā parte cal
cis vivæ commisce, per retortam destil
la, & spiritum colliges perpetuō fumi
gantem, & albos vapores exhalenter
cum odore, & sapore gratissimo, in jus
culo sumtum nephriticōs dolores ju
van

vantem, Hytropes, obstrunctionesq; re-
levantem, visceribus & fermentis ami-
cum. Mediante sale communi, confeci
in Angliā meum Magneticum lapidem,
qui in oleum infusus, effectus edit ad-
mirandos. Lapis hic in plurimis con-
cordat cum lapite *Bntleri*, de qvo *Hol-*
montius: Primus illius virtutum inve-
stigatur fuit Nobilissimus atq; Doct.
D. *Johannes Tarbrough* Medicinæ Doctor
in *Newark* in comitatu *Nottingham*, vir
celeberrimus, & amicus singularissimus.
Inveni postea modum præparandi di-
ctum lapidem, ut esset præstantior sapo-
re & viribus, nec talem unquam putavi
reperiri potuisse in rerum naturâ. Fru-
strâ laborant, qvi illum componunt me-
diante sale communi; ente veneris, &
usneâ secundum *Helmontium*, aliisvè
modis, nisi possideant verum nostrum
ignem veneris, ex liqvamine nostro vo-
latili Cupri confectum, qvod liqvamen
nequit obtineri nisi per magnetem à sa-
le marino elaboratum, qvi magnes non
solùm dominatur in regnum metalli-
cum, sed etiam animale, & vegetabile,
de qvo favente numine, scribere libel-
lum peculiarem in animo habeo; lapil-
lus meus in aq. commun, solutus eun,

dem saporem,oderemq; habet cum aq.
mineralibus Knasburiensib^g agri ebora-
censis; & toto cœlo errat Doct. Simpson
affirmans salem communem ter fusum
& in aqua solutum, easdem habere qua-
litates cum predictis aquis; oleum oli-
varum cum sulphure metallico nostri
lapilli imprægnatum, valet contra o-
mnes dolores, & tumores, nisi Gallicos,
externa inunctione infallibiliter curat
podagricos, & scorbuticos, majori cum
certitudine quam vel Moxa, vel Ranun-
culus, vel aliud quo^cunque causticum.
Memini me Lutetiæ Parisiorum ob cer-
tam quandam rationem præparasse vel-
le sp. talem hoc modo; viz. sumpsi sa-
lem communē, q. f. solvens illum in aqua
calidā, digerens, filtrans, & exiccans,
hunc laborem per 12. vices repetebam,
ultimò hunc depuratū salem cum bo-
lo commiscebam, & destillare conabar,
sed operam & oleum perdidi, nam ne
guttrulam sp. obtinere potui.

De aceto

Vulgò dicitur in destillatione Aceti
primū prodire phlegma, & deinde spi-
ritum acidum sicciorē, ratio, quia
nonnulli acetum prius evaporant usq;
ad dimidium, aut tres partes, tumque
destillant residuum, est ut citius termi-
nent;

ent; verum si S. Q. aceti sine præviâ ^{L. aceti n. s. e} actioni, & evaporatione sollicitè de-
illaverint, videbunt spiritum ascen-
ere ante phlegma, subtilissimum, &
olatile, qvem pauci animadvertunt;
q; propter nimiam ejus subtilitatem &
arvam quantitatem vix coërcibilem,
ic spiritus tamen summâ curâ colle-
tus, est valdè considerabilis, neq; meo
adicio multum differt ab illo qui destil-
atur à viridi ære olim venditus pro spi-
itu Veneris, uti Zwelferus; esse autem
alem D. Boylus & Tachenius doctissimè
egant, sicut & illum, qvicum faccharo-
aturni confici solet & seqventi experi-
mento probatur. Ex viride æs, destilla,
obtinebis spiritum, & redige caput mor-
uum in viride æs per additionem aceti
A. & observabis tantum aceti esse ab-
orptum, quantum collectum fuit sub
formâ spiritus; hoc acetum esse magis
volatile aceto affuso non mirum est,
qvia particulæ subtiliores in destillatio-
ne viridis æris prodeunt, crassioribus in
capite mortuo remanentibus, id quod
lenuo fit in destillatione viridis æris
egnerati.

Sulphur vulgari methodo sub cam- ^{Desulpha-}
panâ combustum, dat spiritum fixum, re. sp. vini,

aliisq; sp. valde acidum, & corrosivum, mixtum
ritibus. verò qvantitate dupli cum meo sale,
spiritum dat fere insipidum, qvi nares
violentissimè offendit, ac si sulphuris
magna copia in cubiculo cōbureretur,
istius mei spiritus sulphuris gutta una,
vel altera lacti instillata, illud coagulat,
sed sale volatili ammoniaco eidem ad
jecto,redit in pristinum colorem & con
sistentiam. Inter spiritus acidos volati
les *Tachenius* numerat etiam spiritum
vini alcoholisatum, qviconficitur cum
solospiritu vini vulgari per vesicam, si
ne ulla additione, vel cinerum clavella
torum, vel salis communis, sicut à non
nullis fieri solet: Certus sum, qvod si
Artifex gradu ignis debite aucto, benè
in re processerit, habiturus sit unica vice
Alcohol subtilissimum, cum paucophle
gmate, quod Alcali parva qvantitate
adjectum, penitus imbibit, sicq; separat.
Miror apparatus qvorundam *Chymico
rum*, qvi pro Alcoholisatione spiritus
vini utuntur instrumentis serpentinis,
usq; ad cœlum erectis, qvæ nullius u
sus sunt, qvam ad decipiendam plebem;
sufficeret instrumentum unius cubitus,
simplicissimum, modo regimen ignis
observetur. Solent cohobare hunc sp.

super salem tartari, & sp. vini tartarizatū
alsō nominare, at verus sp. vini tartari-
zatus est essentia vini antiquorum Phi-
osphorum, & qvidam subtilis sp. à suo
tartaro non separatus, & sic paratur; ex-
pone aéri frigitissimo vinum genero-
ūm in vase idoneo, ut congeletur, foran-
nen fiat cum baculo in gelu, & funde
liqvorem non condensatum in aliud
vas, liqvor segregatus congeletur, qvod
repete toties, usque dum aér non ampli-
as liqvorem residuum condensare va-
let, plurissimum tunc habebis & verum
spir. vini tartarizatum, qui mirandos e-
dit effectus; hāc verā essentia seu, sp.
vini tartarizao leniter digesto in Matra-
cio fit fragilis lapillus rubri coloris. Sic gur. & de-
etiam in qvorundam officinis infinitum scription.
vidi numerum fornacum, magis ad infine bu-
pompam, qvam ad utilitatem extructa-
rum; in laboratorio meo centum, forsan
lateres conspicuntur, qvorum benefi-
cio, sine ulla additione, aut ferri, aut lu-
ti, fornaces construo ad quaslibet ope-
rationes brevissimo temporis spatio, &
terum destruo; sic nec retortas meas
uto obduco, sed simplicissimè impono
alteri cuidam vasi terreo, gallice Gallote,
nec in sublimando ferè unqyam Matra-

Essentia vini.

Consul. fi.

scription.

in fine bu-

jus libri.

cio utor, sed simplicissimâ phiolâ, majo-
ri aut minori pro renatâ. Sunt in Ger-
mania, qui jactant commune Alcohol
vini, brevi temporis spatio committari
posse in pulverem album. Ars multum
efficere potest; hinc non audeo, nec ne-
gare, nec affirmare, quia nunquam vidi,
credat qui vult, per me licet; etiam si
pulverem quemvis subtilissimum pro
Alcoholvinivenditare quis velit: curio-
sum sane foret, si spiritus rosarum, alio-
rumq; odoriferorum in talem pulverem
posset redigi; spiritus hic valde subtilis
obtinetur per fermentationem, destil-
lationem; & rectificationem: dum rosa-
rum mentionem facio, non possum, qui in
adjiciam, me præterita hyeme rosa
artificiales conficerem, adeò naturæ æmu-
las, ut deciperent etiam sagacissimos
ceterum non ex omnibus floribus odo-
riferis, quorū elici potest per se tam be-
ne olens, ac per destillationem descen-
soriam in vitro, mediantibus radiis so-
laribus, vel balneo descensorio, quan-
do radii Solares deficiunt; sic ex jasmi-
no obtinetur liquor odoris svavissimi,

*Liquor o-
doriferus
Jasmini.*

præstantior illo, qui à Genuensibus pe-
Germaniam venditur, ejus basis nihil a-
liud est, quam oleum Amygdalarum, ve-

le Ben, stratificatarum cum floribus Jasmini. Mirum sanè est, aquam Jasmini, quam conficiunt, nullum habere odorem, saporem verò quam gratis immuim, conficiunt dictam aquam per plurimas infusiones, & omnium infusionum destillationem; grata est in juppiis, aliisque potionibus sacharatis, ut Sorbettum, &c. sunt qui tradunt varios modos extrahendi spiritum ex Violis, servato odore, & sapore verum an possibile sit maximè dubito, tincturam inde parant per infusionem S. A. Illa qvæ habet saporem violarum, conficitur inde syrpus, compendiosius autem conficitur per expressionem succi violarū, sine præviā contusione.

Willisius ex sulphur. unc. j. salis Tar-Willista.
tar. unc. iiij. conficit suam tincturā sulphuris S. A. mediante vino generoso atque ex illo syrump suum, adeo existimatū per totam Angliam; à quā mas-
à salem volatilem albissimum habui-
nus, non dissimilē illi à sale Armonia-
co destillato, nec in odore, sapore, alia-
ve qualitate, quod tamen Phœnomenon non semper succedit. Idem ex ca-
lavere vini, & limatura martis, conficit
uum dissolubilem Martem in aqua fri-
gida,

18 CHYMICA.

gida, mediante mixtione, & fermentatione, bis, aut ter repetitâ, additâ humiditate.

Ex Tartaro, & sale nitri autem gratissimus spiritus eliciatur destillando, & rectificando communi methodo, in obstructionibus; & morbis calculosis lau-

De Tar. datus. Tincturam salis Tartari, qvæ
taro & Sa- reverà nihil aliud est, qvam particula
libus Al. alcalicæ cum alcohol vini conjunctæ,
calibus. confidere soleo modo sequenti; sumo

Reis Fic. sal Tartari in crucib. fusum, & in mor-
tario calido tritum, Q. V. & in phiolâ
amplâ pono, postea iufundo spiritum
Tartari rectificatissimum calidum, Q.S.
& agitando exactè comisceo, tum in-
fundò Alcohol vini, iterum agito, &
illicò obtineo tincturam rubicundissi-
mam sale Tartari imprægnatissimam
colore, sapore, atq; odore gratissimam
processum hunc cuidam communicavi
qui elaborando, tincturam quidam ob-
tinuit, sed animadvertisit nihil salis Tar-
tari in illa contineri, & mihi objecit tir-
eturam hanc nihil esse præter spiritum
vini & spiritum Tartari unitos; non ne-
gavi ejus conjunctionem; ratio tame-
quare tinctura sale Tartari non fuer-
imprægnata, est quianon benè processi

S

c s̄epissimē damnantur Authores ;
mod si bene processum fuerit in fundo
manebit quādam gelatina cōrulea,
væ vel in pulverem, vel in liquorem
dacta, dat Alcalipræstantius sale Tar-
ricomuni : hæc nostra tinctura Tartari
non solum omnia olea stillatitia, sed etiā
sum Balsamum Gileadense, sp. vini,
iovè menstruo solvi nescium, op timè
siolvit, undè evadit medicamentum
aximē diureticum, aperitivum, ab-
persivum, & stomachicum, in morbis
sthmaticis, Phthisicis, & Hydropicis
non condemnendum, nec nocet in Go-
orrhæa, modò cum methodo, & judi-
o propinetur. Ferè omnes dicunt *calc. differunt*
Alalia omnia ejusdem esse naturæ, &
men gradu differre; nolo prorsus con-
a illos agere, sed tantum dicam quid
o expertus sim : fudi sal Tartari,
mod proveniet à vino albo Gallico, &
bescebat post fusionem sex horarum,
Tartari vini Hispanici post fusionem
hius quadrantis rubescebat quasi san-
vis, & sal fixum absinthii etiam de-
ntum per viginti horas nihil prorsus
bescebat. Sic cum Domino *Pauli*
ed. Doct. & mihi amicissimo qnondam
ne preparavi Regulum medicinalem

Reg: dū med:

Antimonii, sumendo , ut mihi mos est,
salis Taratari par. j. salis communis par.
iv. Antimonii par. v. & unica fusione
obtinui regulum fuscum coloris , medica-
mentum tutissimum ; cum etiam alia
vice sumerem sal cardui benedicti , loco
salis Tartari , eadem quantitate, habui
regulum vulgarem. Non solum è sale
Tartari fixo, sed ex omnibus salibus Al-
calibus fixis tincturæ rubicundissima
eliciuntur , mediantibus suis proprii
spiritibus, fermentatione, & destillatio-
ne paratis & in Alcohol subtilissimum re-
dactis , quæ possunt fieri magnarum vi-
rium in Medicinâ. Præterea in crystal-
lizatione salium Alcalium exacte obser-
vavi diversas crystallorum figuræ, qua-
necessariò dependent ex diversis parti-
cularibus figuris , & consequenter ec-
rum natura est diversa. Optimè &
copiosissimè conficiuntur ex herbis va-
ridibus , in ætate maximè floridâ colle-
ctis, incisis, & in vase ferreo super igne
impositis , donec incinerescant leni ca-
lore, cineres violento igne calcina , e
calcinatis mediante aquâ pluviali lixi-
vium conficiatur, filtretur , evaporetu
ad cuticulam , crystallizetur , decante-
tur liquor à crystallis , qui iterum eva-
poro

oretur pro ulteriori Crystallizatione;
opinatur *Willisius* cine res optimè calciari cum additione sulphuris, ut albioes fiant, & pulchriùs crystallizent; nudè ille magis approbabat hunc modum,
quam vulgarem; sal Tartari conficitur prædictâ methodo, sed hic non possum
præterire abusum in *Angliam* introduc-
tum, & aliis in locis exercitatum, viz.
componendi salem Tartari ope nitri,
cum enim nitri, & Tartari crudi an-
ib. j. pulverisant omnia simul, & in vase
igulino calcinant in masam albissi-
nam, sic ex hisce duabus libris obti-
nent lib. i. sal Tartar. qvod impropriè
ic dicitur, nam lib. j. Tartari crudi præ-
bet solum circiter 3iv. salis, ergo certum
est nitrum non totum avolasse in auras
ut illi somniant, & si memoria me non
deludit, tentavi incassum præparare
aurum, seu pulverem fulminantem cum
hoc sale, sulphure & nitro; liqvidò
gitur constat salem Tartari præparatum
cum sulphure, vel nitro, non esse verè
Alcalicum, aut genuinum salem Tartari.
¶ Absynth. virid. vel alterius cuius-
unque herbæ, Q.S. destilla lento igne
in retortâ adaptando recipiens usque
ad siccitatem, vasis refrigeratis caput
vul-

vulgò dictum mortuum tere , destilla-
tum superinfunde, de novo destilla, to-
ties cohobando donec nihil præter
phlegma ascendit , semper observata
graduali augmentatione ignis in quali-
bet destilatione ; ultimò sume cinere
quos super laminam ferream cum spa-
tula ferrea agita , ut fuliginosum avole
in aures, & pulvis albus evadat , tum
cum spiritu ejusdem plantæ perfermen-
tationem præparato digere, filtra & eva-
poratione Crystalliza ; qui crystalli ar-
canum vegetabilium nuncupantur, ali-
is salibus Mechanicis præferendi. Chy-
mici ferè omnes exaggerant magnope-
re virtutem Alcalium fixorum volati-
lium , quæ sic paro ; e. g. accipio sa-
Tartari , & imbibo spiritu Tartar
rectificatissimo , & destillo iterum in
fundo dictum spiritum Tartari , & co-
hobationem tamdiu continuo , donec
spiritus Tartari abstrahatur , eodem
vigore , uti quando infusus fuit ; & ul-
timò sublimo. (Medicus quidam mihi
familiarissimus sumit aquam regiam lo-
eo spiritus Tartari, & eodē modo proce-
dit ut suprà) in fundo post sublimatio-
nem remanet corrosivum aquæ regiae
fere picis instat. Oleum viscidum , &
fatig

fœtidum Tartaricum sale Tartari com-
mixtum in liquidâ massâ, lege artis fer-
mentando, & sublimando, sal volatile
obtinetur album, sed paululum fœtidum,
qui fætor facillimè tollitur per Alcool.
vini; non hic præterire possum *Zwel-*
ferum cum suo phlegmatico modo præ-
parandi salem volatilem Tartari, destil-
lando oleum Tartari per deliquium,
cum repetitis vicibus; ab ipso Tartaro
sal volatile obtineatur vulgari metho-
do destillandi, modo retorta habeat
ongum Collum, cui inhæredit sal vo-
atile, sed in tam parvâ quantitate, ut sit
ix colligibile. Ex oleo Tartari per de-
liquium, & ipso Tartaro crudo pulveri-
ato, commixtis, & simul fermentatis us-
que dum saturentur, Tartarum fit dissolu-
ibile in aq. frigida à quo extrahatur
piritus urinosus, & sal volatile secun-
um *Langelotum.*

Tincturam corallorum magis since-*Tinctura*
am, atque legitimam reperiri posse, *Corall.*
nisi non videtur, quâm hæc, sine ullâ
dditione. Rx. Corall. gross. trita destil-
per retortam igne violentissimo qua-
raginta horis, in recipiente invenies li-
uorem rubrum, atque unctuosum, licet
urvâ quantitate, hunc lento balnei ca-

CHYMA.

24

Iore abstrahe ad mellis consistentiam, residuo obtinetur tinctura, rubicunda mediante Alcohol vini; reliquis modi præparandi tincturam corall. nullam fidem habeo, quia menstrua per se rube scunt, aut per longam digestionem, ve per additionem salium, id quod sæp expertus sum.

Tinctura quædam minerales. Ex omnibus Metallis imperfectis, excepto Saturno conficitur tinctura, quæ reverâ meretur nomen tincturæ Metalorum, vel quia ingreditur Antimonum, Pater omnium Metallorum dictur vel quia unum, aut alterum Metallum

Tinctura è variis Metallis reverâ ingreditur, sic **S.** Antimonii regulum, Martem, Venerem, Jovem debatâ proportione, funde, tere, & pulveriza, pulverescum **S. Q.** Nitri detonizatignem augendo, & detineas tamdiu in fusione, donec massa inter cœruleam, viridem evadat, tum **S. A.** cum Alcohol vini tinctura extrahatur, quæ est Medicamentum egregium in morbis Chronicis, ubi peccant obstructions. Cum Nitro, Antimonio, & Jove pulvis ille famosus *Poterii* conficitur, quem si curesina guajaci commisceas, egregium habebis sudoriferum medicamentum, mihi quotidianâ experientâ compr.

Codex Pot.

b

atissimum. Si flores Antimonii violen-
tissimo igne reverberentur ad plenam
ibedinem dant rubram tincturam me-
ante sp. vini Alcolisato. Tinctura *An-* *Tinctura*
monii conficitur cum sale Tartari, & re *Antimo-*
alo Antimonii, calcinando cū fusione *nit.*
nis per tres dies in furno vitriario, in-
ne reperietur massa rubra; à qua tin-
tura rubicundissima elicetur per Alco-
ol; reverâ non puto quidquam salis
artari in hac tinctura superesse propter
olidam calcinationem, & experimento
tis constat, quia pulvis illa ruber aéri
positus rubedinem conservat. A Mer- *Tinctura*
irio obtineo tincturam violaceam me
ante meo menstruo, quod limpidum
& pingue, & minimè corrosivum, ne-
ve cutim maculans, quando illud ma-
bus tractaveris, nec vestimenta, neque
antea corrodens; tincturam hanc si de-
neas in leni digestione, præcipitatur in
alverem coloris ruffi, & Menstruum e-
dit iterum limpidum, ut antea fuit, &
in loco frigido ponas, vel ante fene-
ram, insurgere videbis quosdam lapil-
s instar adamantis pellucidos, & quoti-
e crescentes sapore admodum gratos,
ilces, substypticos; Medicamentum
obilissimum, parvâ quantitate, variis

modis exhibitum, variosque & magno
Tinctura effectus edens. Per idem Menstruum

Martis. tinctura elicetur à Marte admodum sul-
phurea, continens sulphur suum fixum
& instar sanguinis rubicundum, nequ-

Tinctura flammam concipiens. Item per idem
Solis. menstruum ex sole conficitur tinctura

addendo sal Philosoph. ejusque benefi-
cio per fermentationem quandem in
substantiam spongiosam evadit, infur-
de Alcohol vini, & statim sine ullâ addi-
tione Sol solvetur in tincturam flava-

Lunæ. irreducibilem. Lunam certâ quadam
arte præparo, ut subtilior sit in aqua
regia eundemque colorem exhibit, si
esset Sol solutus, probam tamen cu-
pellæ sustinere non potest. Ex lunæ
matur. p.j. sulphur. p. ij. leniter in cru-
bulo fusis, & unitis, & pulverisatis, eli-
ciatur tinctura sæpiùs affundendo
sal. Armoniac. secundum legem Artis
tincturam in Crystallos redige, & per re-
tortam sp. Lunarem elice, qui est me-
camentum Antimoniacum celebre-
mum.

*Quædam de vege-
tabilibus.* Ex Caryophyllis tinctura extrahit
per Alcohol, quam falsarii vendita
pro oleo dict. Aromatum, & Pharm-
copœi emunt minori pretio, non ul-
ris

is cogitantes, dummodo nominetur
cum, sed revera octuplo plus aesti-
fundum est oleum stillatitium dicto-
rum Aromatum, quod paratur median- *De oleis*
digestione in aqua pluvialis S. Q. cum *vegetabi-*
libus.
ajectione tremoris Tartari, vel cine-

n clavellatorum, uti ego facio cum
equenti destillatione, & separatione.
di Parma in officina, quæ caput ni-
m vocatur, post longam digestio-
nem Caryophyllorum, fortiter premen-
provenire aquam, & oleum, licet non
in diaphanum, nec tam subtile, ut e-
stillatione emanet. Ex omnibus hei-
odoriferis siccatis in umbra S. A. &
stillatis per vesicam cum additione
aqua pluvialis S. Q. olea habentur, quo-
m usus frequentissimus ad conficien-
balsama odorifera, quibus facillimè
tur corpus olei nucis muschatæ, &
acipue si extrahatur tinctura per Al-
hol vini; idem fit ex seminibus anisi,
rui, & similiu, quæ omnia (relicta
ethodo communi) gros. trita; & per
latuor, aut quinque horas posita in
lneo vaporoso, & fortiter pressa, olea
nt obscura, gratissimi odoris, & sapo-
, eadem methodo habetur oleum A-
ygdalarum, seminum Papaverum, &

De Nico, similium. Ex Nicotianâ communim
tiana. thodo destillatōr oleum fætidum, qu
busdam animalibus præsurtim felib
maximè noxiūm, modò una guttula st
letur in linguam, convulsiones enim l
thales citò procreat, animalque peri
nisi protinus succurritur imponen
naribus sp. salis Armoniaci attamen i
terdum venenum superat omnem m
delæ opem, prout ex hoc vel illo lo
transportatur Tabacum; apud Me
cos Chymicos non multum in usu est;
succo unguentum conficiunt in Ital
vulneribus sordidis proficuum; Hispan
quàm maximè delectantur Nicotia
illà, dictà hispanicè *Data vana*, quia si
visima est, & commodissima pulv
sternutatorio; Lusitani verò celebrat
Braziliensem, quæ est fortissima, & ma
mè narcotica; Chinenses & Japonens
non carent suo Tabaco, sed parcè
modum fumigant, sicut Turcæ, & Per
Angli & Hollandi Virginensem lauda
quem interdum miscent cum Mastice
Succino, C.C. Laventulâ, Betonicâ, S
viâ, pro habitu, natuâ, & circumstan
fumigantis; Novinobilissimum Angl
sennam familiariter fumigantem, &
lutiferam invenientem; quem more

fumigandi sennam apud Nobiles *Hetrurias* ægrotos interdum invalere observari, copiosè enim crescit, & culti-
vatur in *Hetruriâ*, raro tamen aut nun-
quam *Italifumigant*, odoriferis sternu-
oriis, sicut *Hispani*, sæpiissimè exerci-
ti. Ex *Absinthio*, & aliis herbis ex-
hitur oleum viride fragrantis odoris,
provenit à destillatione spiritus ur-
sus; & ita fit: Collectæ herbæ plenæ *De Spirite*
ponantur in cella vinaria per duas *tibus* &
tres hebdomadas, usqve dum pu- *sal.volat.*
fiant, inter duas tabulas, superiori *Planta-*
pressâ à magno pondere, ut melius *rum.*
In altera uniatur, positæ deinde in
ortas vitreas in furno arenæ, dant
ritum urinosum, & oleum viride.
Ec regula observanda est in omnibus
erbis; si tamen dictæ herbæ putrefactæ
ri exponantur, facillimè sal volatile
bebis. E fuligine ligni qvercini per *De fulige-*
tortam destillata prodit sal volatile, *ne.*
& oleum, arte separanda; Balsamum
hac fuligine sic obtineo; sumo suffi-
cientem copiam fuliginis, qvam dere-
qvo simul cumulatam, usqve dum
increscat in lapideam substantiam,
spendo hanc concretam massam fuli-
nis in frigidissimo rigore auræ *Hy-*

malis per 80. horas , aut plus , tum in ⁱⁿ & medio frango massam , ubi invenio vicio hol-
scosum Balsamum concentratum , iebardi
morbis Hystericis non contemnendum ^{ara co-}
sal fixum è fuligine obtinui calcinand ^{tmort}
illam in vase ferreo igne violentissimo ^{Euro}
postea lixiviando cum Aceto destillat ^{Al}
filtrando , evaporando , & crystallizan ^{ad pl}
do ; est sal prætiosus in Cancris ulceribus
tis , arsenicalem acrimoniam destruer ^{ruder}
Sunt qui sal aromaticum conficiuntur ,
cum herbis aromaticis hoc modô ; futilia v-
pono à Menthâ viridi siccata . in umbr ^{tis}
& incisâ , addendo , aquam pluvialen ^{tar.}
cum S.Q. Alcali , & digestâ S. A. addic-
derique sale ammoniaco , & destillat ^{frisfi}
sal volatile habetur odoris Menthæ , ^{no, na}
dici potest Alcali oleosum , volatile , ^{de sp.}
aromaticum , & per consequens ejus v-
tutes sunt majoris Alcali communi sa-
ammoniaci.

*Sp. & Sa-
les vola-
tile, oleo-
si, & Aro-
matici.*

Doctor *Sylvius* suum Alcali oleosum ^{in sup}
volatile , & aromaticum spiritum , (cuj ^{urm}
virtutes in ejus continentur libris) co-
ficere solebat accipiendo Cinamon ^{per}
Macis , Nucis Moschatæ , corticum Cit-
& Limonis an. drach. ij. Salis Tart-
unc. ff. sp. salis armoniaci unc. iv. ho-
omnia XXIV. horis relinquebat di-
st.

fini, & postea his omnibus unc. xij.
Alcohol vini addebat, & iterum relin-
quibat digestioni per XII. horas, & de-
posita conservabat ad usum. Sed quia
mortem Sylvii variæ sunt dispersæ
Europam formulæ præparandi di-
stillation Alcali volatile, & aromaticum,
ad plenum satisfaciam curiosis le-
vibus addendo duas alias Methodos,
ruderenter eligant; an sint Sylvianæ,
non, parum refert, sufficit ut sint
alia volatilia, oleosa, & Aromatica,
ctis promissis non parentia; *Ez.* Sal
viale. *ʒj. ol.* Cinamom. aut ligni Sas-
phas, aut Cortic. Citri, gut. xxx.
estillatissimè commisceantur in mortario
nam hic labor, hoc opus est, tum
sp. vini vulgar. *lib. j. ff.* paulatim
misceatur cum sale, impone totum
Matracio, & adde *lib. j. ff.* sal. Tartar.
ta, & digere per duas horas, tum spi-
oleosum supernatantem separa, & addes sp.
(cui) Armoniac. & sal. Tartar. an. *ʒiv.*
com per horam digere, & sp. volatilem
declinationem separa; qui hoc pe-
ciuntare habet in se, ut ejus gut. x. vel xij.
Tartarum mixta cum vino *Rhenano* illi im-
bibit odorem, & saporem, vino *Hi-*
nico naturalem; aliquando citius

conficitur uniendo guttatum aliquod Aromaticum oleum cum tincturā salis Tartari, quantum imbibere potest, & addendo sp. salis Armoniac. q. s. sed hic maximè cavendum est, ut sp. sal. Armoniac. paretur ex merâ Calce vivâ, & sal Armoniac secundum justam artis legem, aliter si præparatus fuistet median. teaq. fontan. (ut vulgò fieri solet) tam sal Tartari in mixturâ contentus præcipitabitur ad fundum vasis instar Nebulae sed hîc monendum est, hoc Medicamentum esse celeerrimum, modò paretur mediante nostrâ tincturâ sal. Tartar. in hoc libello descriptâ.

*De Suc-
cino.*

